

matris nisi adveniret aliquid aliud phantasma magis speciale ergo eadem, *add. P.* — <sup>72</sup> illum primum] primum illum P. — <sup>73</sup> potentia PR. — <sup>74</sup> « va » (in *marg. VR*) — cum etiam aliquid praedicatur de aliquo praedicatione dicente: hoc est; hoc non est intelligendum quod conceptus de conceptu per se praedicatur. conceptus <sup>a</sup> enim quo concipitur id <sup>b</sup> quod significatur nomine hominis non est ille conceptus quo concipitur id quod significatur nomine animalis, sed debet intelligi et exponi cum dicitur homo est animal, id est res quae concipitur conceptu qui significatur nomine hominis est eadem res quae etiam concipitur conceptu qui significatur nomine animalis. Sunt enim voces significativae notae vel signa <sup>c</sup> earum <sup>d</sup> quae sunt in anima passionum, id est conceptuum <sup>e</sup> primo et per se et in hoc etiam rerum extra in quantum ipsorum <sup>f</sup> sunt tales conceptus. *add. PVRQ, sed postea del. VRQ;* — « cat » in *marg. add. VR.* — <sup>75</sup> cognitionis P. — <sup>76</sup> illa prima] prima illa P. — <sup>77</sup> secundum P. — <sup>78</sup> unius *add. P.* — <sup>79</sup> comprehenderet P. — <sup>80</sup> non P. — <sup>81</sup> proponeret R; componeret *corr. R.* — <sup>82</sup> affirmata RQ. — <sup>83</sup> composito VPRQ. — <sup>84</sup> concepit *add. Q; postea del.* — <sup>85</sup> complexionem P. — <sup>86</sup> om. Q. — <sup>87</sup> natura *add. P.* — <sup>88</sup> hoc pertinet] haec pertinent PQ. — <sup>89</sup> possibilem PQ. — <sup>90</sup> posset PQ. — <sup>91</sup> om. Q. — <sup>92</sup> intellectus *add. Q; postea del.* — <sup>93</sup> quod P. — <sup>94</sup> om. P. — <sup>95</sup> illius V. — <sup>96</sup> inter aliqua ex habitudine aliqua *add. P.* — <sup>97</sup> compositivus P. — <sup>98</sup> compositivus P. — <sup>99</sup> et — actu] om. PR. — <sup>100</sup> natum PRQ. — <sup>101</sup> om. Q. — <sup>102</sup> trigesimo VRQ. — <sup>103</sup> cum P. — <sup>104</sup> tamen ratione *add. Q; postea del.* — <sup>105</sup> magis proprie om. P. — <sup>106</sup> habet P. — <sup>107</sup> quae vere — immaterialibus] om. P. — <sup>108</sup> nota fiunt] nata sunt P. — <sup>109</sup> alius vero] autem non Q. — <sup>110</sup> sed P. — <sup>111</sup> perfectissima Q. — <sup>112</sup> proprie — alia] om. P; proprie *add. R.* — <sup>113</sup> om. P. — <sup>114</sup> et proprie] om. P. — <sup>115</sup> respondeo P. — <sup>116</sup> verbi emanatio] emanatio verbi PQ; emanationem verbi R. — <sup>117</sup> in nobis sit] sit in nobis P. — <sup>118</sup> circa hoc] om. P. — <sup>119</sup> et P. — <sup>120</sup> et *add. P.* — <sup>121</sup> opponere P.

<sup>a</sup> de conceptu per se — conceptus] om. P. — <sup>b</sup> illud P. — <sup>c</sup> figura P. — <sup>d</sup> eorum P. — <sup>e</sup> conceptum P. — <sup>f</sup> ipsarum P.

(1) Alludatur ad SANCTUM AUGUSTINUM, *De Trinitate*, l. IX, c. 10 (PL., t. 42, col. 969). — (2) Resp. ARISTOTELIS, *Metaphysica*, l. III, c. 7 (II, p. 1012 a). — (3) Allud. ad SANCTUM AUGUSTINUM, *De Trinitate*, l. IX, c. 7 (PL., t. 42, col. 967). — (4) ARISTOTELES, *De Anima*, l. III, c. 8 (I, pp. 431-432). — (5) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Trinitate*, l. XV, c. 10 (PL., t. 42, col. 1071, 19). — (6) ARISTOTELES, *De Anima*, l. III, c. 5 (I, p. 430). — (7) *ibid.*, l. III, c. 8 (I, pp. 431-432). — (8) ARISTOTELES, *Metaphysica*, l. VIII, c. 10 (II, p. 1051 b). — (9) Resp. ARISTOTELIS *Metaphysica*, l. V, c. 4 (II, p. 1027 b). — (10) Resp. AVERROIS *Metaphysica*, l. VI, com. 8 (vol. 8, fol. 152 R<sup>o</sup>). — (11) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Trinitate*, l. IX, c. 12 (PL., t. 42, col. 970, 18).

### QUAESTIO XIII

*Utrum homo quantum ad praedictos actus magis sistat se per intellectum vel per voluntatem*

Deinde secundum comparisonem <sup>1</sup> intellectus et voluntatis ad invicem quaerebantur quaedam. Cum enim homo sistat se quantum ad actum intellectus

et voluntatis, sic scilicet quod facta per sensum apprehensione alicuius cognoscibilis non statim assentit homo per intellectum, sed sistit se ne statim assentiat, sed plenius de illo consideret vel aliquando sistit se sic quod facta aliqua apprehensione in illa <sup>2</sup> stet et permaneat <sup>3</sup>; facta etiam apprehensione alicuius appetibilis non statim consentit homo per voluntatem illud eligendo et proseguendo; sed sistit se ne statim consentiat vel eligat; et aliquando etiam sic sistit se quod facta aliqua apprehensione in <sup>4</sup> illud quod apprehensum est <sup>5</sup> consentit et in ipsum stat et permanet eligendo <sup>6</sup>; circa hoc ergo quaerebatur utrum homo quantum ad praedictos actus magis sistat se per intellectum vel per voluntatem. Et arguitur quod aequaliter per utrumque. Quia homo sistat se modo praedicto per intellectum, hoc convenit ei ratione habitus alicuius per quem convenit intellectui non inclinari vel inclinari <sup>7</sup> per assensum in apprehensione aliqua secundum sensum, puta: cum secundum apprehensionem sensus sol apprehendatur sub quantitate quasi pedali, habens habitum mathematicum scienti- [Cod. P, fol. 233 R<sup>b</sup>] ficum, non statim assentit huic apprehensioni propter huiusmodi <sup>8</sup> habitum, et ex defectu huiusmodi habitus vel etiam ex habitu corrupto potest contingere quod homo sistat se in tali apprehensione, assentiendo scilicet <sup>9</sup> per intellectum quod sol [Cod. V, fol. 177 R<sup>b</sup>] est quantitatis pedalis <sup>10</sup>. Simili modo etiam quod homo sistat se modo praedicto per voluntatem hoc convenit ei <sup>11</sup> ratione alicuius habitus per quem convenit voluntati non inclinari vel inclinari <sup>12</sup> per consensum et <sup>13</sup> electionem in illud quod apprehensum est sub ratione appetibilis et delectabilis per sensum, sicut patet per exempla. Ergo aequaliter et eodem modo videtur <sup>14</sup> homo se sistere <sup>15</sup> per intellectum et per voluntatem.

Contra. Per illud per quod homo sistit se quantum ad actum voluntatis, scilicet ne aliquid apprehensum secundum sensum eligat, vel ut <sup>16</sup> in illo secundum electionem permaneat <sup>17</sup>; et etiam quantum ad actum intellectus ne scilicet apprehenso <sup>18</sup> secundum sensum per intellectum assentiat, magis dicitur homo se sistere quam per illud per quod sistit se solum quantum ad actum intellectus. Sed homo per voluntatem sistit se ipsum quantum [Cod. R, fol. 173 R<sup>b</sup>] ad actum voluntatis et etiam intellectus, quia per habitum virtutis sistitur volun- [Cod. Q, fol. 130 R<sup>b</sup>] tas sic quod <sup>19</sup> non eligit statim appetibile apprehensum per sensum, prout repugnat virtuti, sed permanet in eo quod est consonum virtuti; per eundem etiam habitum sistitur intellectus sic quod non potest assentire ei quod repugnat virtuti <sup>20</sup>, sed <sup>21</sup> illi ad quod <sup>22</sup> habitus virtutis inclinatur. Quare. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod hominem sistere se ad actum intellectus et voluntatis potest intelligi dupliciter: uno modo ut per sistere intelligatur actus ipse sive intellectus sive voluntatis <sup>23</sup> quo homo assentit vel consentit alicui; et hoc sistere secundum aliquam huiusmodi potentiam non videtur aliud quam ipsam determinari ad aliquem actum huiusmodi, puta: homo quantum ad actum intellectus sistitur in hoc quod omnino determinate assentit huic <sup>24</sup> quod

est solem esse maiorem terra. Et quantum ad actum voluntatis sistitur in hoc quod omnino determinate appetit bonum honestatis quod consistit in fugiendo delectationem fornicationis. Et secundum hoc sistere dicitur<sup>25</sup> ab uno determinato non recedere nec ad oppositum procedere. Alio modo persistere intelligitur suspendere actum assensus intellectus vel<sup>26</sup> consensus voluntatis, ut scilicet alicui sibi proposito nec assentiat vel consentiat determinate nec dissentiat determinate, sed hos actus suspendat vel quantum ad ipsos ad tempus [Cod. P, fol. 233 V<sup>a</sup>] suspensus stet.

Primo modo non videtur aliud quaerere per quid homo sistitur in huiusmodi actibus nisi quid est illud per quod homo determinatus est ad hoc quod tali apprehensioni assentiat vel quod tale appetibile velit sive in illud consentiat; tale enim sistere respicit determinationem actus potentiae. Et est dicendum quod, cum omnis potentia determinetur ad actum suum et omnis actus potentiae specificetur per suum obiectum, intellectus in suo actu non determinatur a voluntate nec a se, sed ab obiecto suo. Et similiter etiam voluntas non determinatur ab intellectu, ut dicit quandam animae potentiam nec a se<sup>27</sup>, sed a suo obiecto.

Et circa hoc est<sup>28</sup> intelligendum quod intellectus sic sistitur a vero<sup>29</sup> simpliciter vel a vero<sup>30</sup> apparente; et voluntas etiam a bono<sup>31</sup> simpliciter vel apparenti bono. Et sicut intellectus non potest assentire alicui nisi sicut<sup>32</sup> vero, ita nec voluntas potest velle aliquid vel consentire in aliquid nisi sicut<sup>33</sup> bono. Et sicut nunquam assentiet intellectus alicui nisi offeratur sibi vel simpliciter vel secundum apparentiam evidens in sua entitate et veritate, ita nunquam voluntas vult aliquid nisi offeratur volenti sub ratione convenientis et boni<sup>34</sup> simpliciter vel apparenter. Et sicut cum<sup>35</sup> offertur intellectui aliquid evidens, sic scilicet simpliciter vel secundum apparentiam tali dispositione stante, id est non facta immutatione alia potentiae respectu obiecti nec superveniente aliquo alio obiecto per quod huiusmodi evidentia impediatur, intellectus sistitur in hoc suo actu; ita etiam ex parte voluntatis est intelligendum.

Sic autem loquendo<sup>36</sup> de sistere, cum sistere<sup>37</sup> dicat aliquid quodam modo immobiliter se habere respectu alicuius, hoc autem potest esse vel positive, quia scilicet non recedit ab aliquo; vel privative, quia scilicet non inhaeret alicui; potest dici quod homo sistitur secundum actum intellectus et etiam voluntatis dupliciter: uno modo sic quod, propter evidentiam obiecti, intellectus vel voluntas<sup>38</sup> determinate inhaeret ei cui inhaeret; [Cod. P, fol. 233 V<sup>b</sup>] alio<sup>39</sup> modo, qui tamen ex isto consequitur, sic quod propter eandem causam non inclinatur [Cod. R, fol. 173 V<sup>a</sup>] in oppositum, sed ab illo retrahitur. Ista enim sunt eiusdem rationis alicui inhaerere per assensum vel consensum, et<sup>40</sup> alterum, scilicet oppositum<sup>41</sup> quasi refugere per dissensum. Et secundum hoc homo secundum istos suos actus uniformiter sistitur per voluntatem secundum actum voluntatis<sup>42</sup> et per intellectum secundum actum intellectus. Immo etiam per quamcumque potentiam secundum illius actum

[Cod. Q, fol. 130 V<sup>a</sup>] sistitur, quia quaelibet<sup>43</sup> potentia in suo actu sistitur ex determinatione sui obiecti. Immo etiam consimiliter potest dici quod [Cod. V, fol. 177 V<sup>a</sup>] brutum sistitur in actibus suarum potentiarum; tale enim sistere non pertinet ad illam rationem sistendi secundum quam diversimode sistunt se homo et brutum secundum quod homo ratione suae libertatis et indeterminationis tam secundum intellectum quam secundum voluntatem dicitur se sistere vere et proprie; non sic<sup>44</sup> brutum. Sed hoc pertinet ad secundum modum.

Quae autem dicta sunt circa huiusmodi sistere ut consistit in actu intelligendi affirmativo<sup>45</sup> per assensum secundum intellectum et in actu appetendi per consensum secundum voluntatem, intelligenda<sup>46</sup> sunt etiam circa sistere ut consistit in actu intelligendi negativo per dissensum et in actu fugae et displicentiae quantum ad voluntatem; et cetera.

Et secundum hoc etiam, quia in actu quo dicitur homo sistere se secundum actum intellectus non oportet quod concurrat actus voluntatis sive aliquid ad voluntatem pertinens, sic non habet locum quaestio sub hac forma: utrum homo secundum illum actum magis sistitur per intellectum quam per voluntatem. Actus enim intellectus semper est primus respectu<sup>47</sup> actus<sup>48</sup> appetitus, et<sup>49</sup> in speculabilibus et in<sup>50</sup> agibilibus. Et potest esse omnino sine illo in actibus quibus speculabilia propter speculari considerantur; actio enim qua<sup>51</sup> intellectus praesente obiecto suo<sup>52</sup> fit in actu speculativo non dependet a voluntate. In actu autem voluntatis, quo scilicet voluntas determinate vult aliquid, necessario concurrat actus rationis antecedentis et ut causa<sup>53</sup> per se, non solum sine qua [Cod. P, fol. 234 R<sup>a</sup>] non.

Si ergo quaeritur per quod istorum magis fiat ista sistentia, qua scilicet homo determinate se tenet in aliquo quod<sup>54</sup> vult et amat, an scilicet per intellectum vel voluntatem, patet quod secundum diversas rationes fit ab utroque<sup>55</sup>; quia elicere est<sup>56</sup> essentialiter ab ipsa voluntate cuius est talis actus ut subiecti, a ratione vero ut a movente et agente secundum rationem obiecti, in quantum scilicet obiectum voluntatis necessario est bonum praecognitionem<sup>57</sup>.

Circa secundum modum quo homo dicitur sistere se secundum actus intellectus et voluntatis, est intelligendum quod per sistere potest intelligi ipsa suspensio vel retractio actus assentiendi intellectus vel consentiendi voluntatis; quod quidem contingit cum nec determinate illi assentitur nec etiam dissentitur. Et<sup>58</sup> de hoc forte magis est intentio quaerentis, scilicet: unde hoc quod, cum aliquis procedit in speculabilibus et occurrit sibi aliquod speculabile quod non sit in sua entitate et veritate evidens, intellectus eius non statim illi assentiat nec dissentiat, sed magis intendit de illo inquirere antequam assentiat; et similiter cum aliquis procedit circa agibilia cum occurrit sibi aliquod<sup>59</sup> appetibile quod non sit in sua convenientia et bonitate evidens, unde hoc quod voluntas non statim illud appetit nec contrarium eius refutat, sed expectatur aliud aliquid<sup>60</sup> antequam determinate appetat vel recuset. Et

quia hoc sistere pertinet ad exercitium actus, quaerere de causa huius est quaerere magis de causa non sub ratione obiecti actum ipsum perficientis formaliter, [Cod. R, fol. 173 V<sup>b</sup>] sed de causa efficiente quae est impulsiva<sup>61</sup> ad actum vel ab illo retractiva vel respectu illius suspensiva vel refrenativa. Et quia in homine non sic cum quadam libertate<sup>62</sup> impellitur potentia ad actum vel retrahitur ab illo nisi quantum ad actus qui subsunt hominis potestati et respectu quorum habet dominium et imperium; propter quod etiam in brutis quae carent ratione nec habent dominium in suis actibus, sed secundum Damas- cenum (1), magis aguntur quam agant, non est tale sistere. Unde licet [Cod. P, fol. 234 R<sup>b</sup>] brutum dicatur movere se localiter et etiam se sistere quantum ad illum motum<sup>63</sup>, non tamen facit hoc per modum cuiusdam suspensionis a virtute potente super illo conferre et deliberare; sed sicut ad praesentiam delectabilis ex impetu et instinctu<sup>64</sup> naturae ad mo- [Cod. Q, fol. 130 V<sup>b</sup>] tum se impellunt; ita ad communicationem vel praesentiam tristabilis<sup>65</sup> ab illo motu etiam se retrahunt ex impetu et instinctu naturali, licet cum apprehensione determinata.

Quaerere ergo per quid homo magis sistat se secundum huiusmodi<sup>66</sup> actus vel in talibus actibus, utrum scilicet per intellectum vel voluntatem, est quaerere ad quam harum potentiarum principaliter pertineat imperare. Et quia de hoc alias fuit tactum, ideo<sup>67</sup> quantum sufficit ad propositum, est dicendum quod cuiuscumque potentiae sit principaliter actus imperandi formaliter et subiective, tamen<sup>68</sup> suppono quod actus utriusque ad hoc requiritur.

Quia nec volun- [Cod. V, fol. 177 V<sup>b</sup>] tas sine intellectu potest movere aliquid ad aliquem actum vel ab eo retrahere nisi assistente intellectu sic apprehendente, nec intellectus sua apprehensione potest nisi ipsa voluntate quodam modo inclinante et impellente, est dicendum ad propositum quod intellectus non sistitur vel non suspenditur in suo actu dicto modo sive quantum ad exercitium sui actus nisi per aliquem alium actum tam intellectus iudicantis quam voluntatis impellentis sive retrahentis; quia illae potentiae ratione suae abstractionis super suos actus et super se possunt reflecti et de illis ordinare; et ideo etiam sibi ipsis<sup>69</sup> quantum ad illos, possunt imperare dicto modo<sup>70</sup>. Et cum virtus appetitiva, quae et motiva est, habeat alias potentias et organa movere vel impellere ad exercitium suorum actuum, quamvis hoc non possit nisi secundum quod est in<sup>71</sup> actu hoc appetendi in quo habet esse per vim apprehensivam sive per obiectum aliquod apprehensum, ideo sic sistere<sup>72</sup> magis immediate et [Cod. P, fol. 234 V<sup>a</sup>] proprie convenit voluntati quam intellectui.

Cum enim aliquis apprehendens hic quod est solem esse minorem tercia, propter hoc quod sensui<sup>73</sup> primo aspectu sic apparet, suspendit assensum suum, in hoc oportet quod hoc faciat<sup>74</sup> quia vult se adhuc non assentire huic; sed non vult hoc nisi ex aliqua ratione hoc iudicante; quoniam si non esset in illo alia superior apprehensio qua iudicaretur sic sistendum, non posset se sic<sup>75</sup> sistere, ut dictum est de brutis. Similiter etiam cum apprehendens aliquid

delectabile appetibile secundum aliquam condicionem suspendit consensum<sup>76</sup> et inclinationem voluntatis in illud, hoc etiam est ex aliqua ratione hoc iudicante.

Sistens enim se dicto modo, aut sistit se per rationem iudicando quod sistendum est, aut iudicando quod sistendum non est, aut de hoc nihil iudicando, sed illud tantum simpliciter et absolute apprehendendo, sicut brutum quod proprie non iudicat<sup>77</sup>. Si illo ultimo modo, tunc utique sistit se<sup>78</sup> sicut brutum. Nec esset sistere illud laudabile [Cod. R, fol. 174 R<sup>a</sup>] vel vituperabile per se. Immo nec etiam sic sistere posset sine alia apprehensione, etiam modo bruti quod a delectabili oblato<sup>79</sup> non sistit nisi ex alio tristabili apprehenso licet, ut dictum est, sine iudicio, sed<sup>80</sup> quasi cum impetu et sine deliberatione. Nec tale sistere esset sistere de quo loquimur, quod est suspendere assensum<sup>81</sup> per modum imperii, ut dictum est. Nec secundo modo: quod<sup>82</sup> enim iudicet esse nullo modo sistendum et cum sistit, intellectus non<sup>83</sup> capit. Si primo modo, scilicet quia iudicat esse sistendum sive volendum sistere, sic ergo vult sistere propter aliquid, propter quod scilicet iudicatur esse sistendum, prout enim dicit Anselmus (2), libro De Veritate, capitulo duodecimo<sup>84</sup>: omnis voluntas sicut vult aliquid ita vult propter aliquid; habet enim omnis voluntas quid et cur omnino enim nihil volumus nisi sit cur velimus omnes hoc in nobis cognoscimus. Nec debet dici quod ipsum velle voluntatis potest dici cur voluntas vult dicendo: volo quia volo; hoc enim est dictum puerorum, immo<sup>85</sup> nimis<sup>86</sup> est puerile et ab Anselmo (3) reprobatur. Sed potest dici [Cod. Q, fol. 131 R<sup>a</sup>] quod illud [Cod. P, fol. 234 V<sup>b</sup>] cur volo est ipsum volitum vel res volita et non aliud, quando est respectu finis, prout etiam Anselmus (4) ibidem<sup>87</sup> dicit quod aliquis vult rectitudinem propter se. Ergo in proposito talis vult sistere et iudicat esse sistendum propter bonum aliquod apprehensum in generali, sic scilicet quod bonum aliquod, in quo est defectus et in cuius appetitu posset esse malum, non est statim cum offertur appetendum, sive sic quia ex appetitu illius posset esse malum. Ideo sistere, ne cum impetu appetatur, est bonum; et sic oportet quod formetur<sup>88</sup> aliqua ratio movens appetitum.

Sed adhuc remanet dubitatio aliqua ut videtur innuere unum argumentum: utrum scilicet, cum quaelibet harum potentiarum et actus earum requiratur ad huiusmodi sistentiam<sup>89</sup> sine respectu actuum intellectus sive voluntatis, non plus habeat una harum potentiarum causare talem sistentiam<sup>90</sup> quam altera; hoc est: utrum per appetitum non magis causetur<sup>91</sup> sistentia talis quam<sup>92</sup> per intellectum.

Et est dicendum quod originaliter et in ratione obiecti magis sit huiusmodi sistentia in actibus intellectus per ipsum intellectum quam per ipsum appetitum. Ratio enim quae movet voluntatem ad sistendum quamcumque potentiam in suo actu sumit ex obiecto. Ex dispositione autem<sup>93</sup> [Cod. V, fol. 178 R<sup>a</sup>] hominis secundum intellectum et secundum ea quae ei in suo actu

intelligendi per se deserviunt <sup>94</sup> diversa et diversimode <sup>95</sup> offerunt se obiecta ; et ideo etiam secundum hoc diversimode formantur rationes moventes voluntatem respectu talium. Nunc autem ita est quod secundum quod homo est melius dispositus secundum dispositionem naturalem et secundum habitus intellectuales naturales et ulterius secundum acquisitos circa speculabilia et quae pertinent ad virtutes speculativas, licet male sit dispositus <sup>96</sup> secundum appetitum quantum ad ea quae pertinent ad virtutes morales, secundum hoc occurrunt sibi promptius circa speculabilia rationes moventes appetitum ad causandam dictam sistentiam [Cod. P, fol. 235 R<sup>a</sup>] in actu intellectus, quae non sic occurrerent aliter disposito secundum praedicta ad quod <sup>97</sup> non sic facit dispositio appetitus ; et sic sistentia quae causatur ex actu rationis moventis voluntatem ut sistat sive suspendat sic intellectum quantum ad hoc, scilicet quod non assentiat alicui apprehenso, magis habet fieri per intellectum quam per appetitum.

In hoc scilicet quod ipse intellectus primo et ipsa voluntas consequenter habent fieri in actibus quibus fit ista sistentia sive praecipitur suspensio talis assensus per ipsum intellectum, non [Cod. R, fol. 174 R<sup>b</sup>] quidem secundum rationem actus sive per actum priorem — sic enim esset <sup>98</sup> abire in infinitum — sed secundum rationem obiecti, in quantum scilicet, ut dictum est, ex aliqua <sup>99</sup> dispositione naturali vel acquisita ex consuetudine sic est <sup>100</sup> dispositus quod, cum fit aliqua apprehensio de tali materia, statim occurrunt sibi aliqua ratione praedictorum dispositionum ex quibus insurgit aliqua apprehensio ex qua sic movetur voluntas ut imperet dictam sistentiam, puta : cum aliquis ex bona dispositione naturali vel assuetudine habet quod, cum offertur sibi aliquid, consuevit deliberare diligenter et inquirere plenius antequam assentiat ; cum offertur sibi aliquid speciale, insurgit consimilis apprehensio quod etiam circa illud est sic inquirendum. Qui <sup>101</sup> etiam exercitatus <sup>102</sup> est in aliqua materia speciali sic est dispositus quod, cum occurrat sibi aliquid pertinens ad illam materiam sub ratione alicuius apparentiae, occurrat etiam sibi <sup>103</sup> aliqua apprehensio respectu illius per quam <sup>104</sup> etiam sic movet voluntatem ab extrinseco. Etiam potest contingere quod talis ratio oriatur vel per doctorem vel etiam per aliqua alia quae casualiter occurrere possunt. Talis ergo sistentia dupliciter videtur esse [Cod. Q, fol. 131 R<sup>b</sup>] per intellectum ; uno modo, scilicet originaliter et secundum rationem obiecti, et hoc propter <sup>105</sup> aliquam dispositionem ratione cuius <sup>106</sup> talia tali ordine occurrunt ; alio modo secundum actum in quantum ex ipso obiecto factus in actu movet voluntatem. Per voluntatem vero non sic fit sistentia intellectus speculativi nisi uno modo. Et secundum [Cod. P, fol. 235 R<sup>a</sup>] hoc magis est tribuenda huiusmodi sistentia intellectui quam voluntati.

Similiter etiam circa appetitum est intelligendum quod originaliter et in ratione obiecti magis fit sistentia in actibus intellectus practici quantum ad talia intelligibilia per appetitum quam per ipsum intellectum ; nam secundum

quod homo secundum appetitum est dispositus secundum naturalem dispositionem et secundum habitus naturales et acquisitos circa agibilia et quae ad ipsa pertinent, secundum hoc diversificantur iudicia apud intellectum et iudicatur ab uno bonum quod <sup>107</sup> ab alio malum iudicatur. Et secundum hoc sistentia huiusmodi magis dicitur fieri per voluntatem quam per intellectum etiam originaliter <sup>108</sup>, in quantum intellectus ex dispositione appetitus modo dicto sumit iudicium in actu quo ulterius movet voluntatem ad actum, quo mediante, huiusmodi <sup>109</sup> sistentia imperatur <sup>110</sup>. Hoc enim modo vult dicere Anselmus (5), in libro De Gratia et Libero Arbitrio, quod voluntas movet se ipsam ; unde declarat quomodo hoc sit, quia scilicet per affectiones suas sive naturales sive acquisitas sic est disposita quod, cum occurrat homini cogitare aliquid ad <sup>111</sup> quod secundum huiusmodi dispositiones habet conformitatem, occurrat ei sub ratione convenientiae talis quod statim voluntas vult illud, ponens exemplum quod voluntas sic affectata est ad volendum salutem quando etiam illam non cogitat ut mox, cum <sup>112</sup> venerit in memoria, statim eam velit. Et videtur huic <sup>113</sup> [Cod. V, fol. 178 R<sup>b</sup>] etiam concordare dictum Philosophi (6) tertio Ethicorum, quod qualis unusquisque est talis finis videtur ei ; et ex visione finis ab intellectu movetur voluntas in illum et per hoc etiam ex consequenti in alia.

Ex his autem videtur quod omnia opera nostra <sup>114</sup> quantum ad agibilia procedunt ex actu intellectus et voluntatis simul semper concordantium in unum <sup>115</sup>, ut <sup>116</sup> secundum modum et formam actus intellectus sit etiam modus et forma voluntatis ; ut scilicet actus quo voluntas alicui consentit illud volendo insurgat <sup>117</sup> ex [Cod. P, fol. 235 V<sup>a</sup>] actu intellectus quo iudicatur illud apud [Cod. R, fol. 174 V<sup>a</sup>] petendum. Et consimiliter in proposito. Cum scilicet homo per voluntatem impellit se ad exercitium alicuius actus vel suspendit et sistit quantum ad exercitium actus, actus etiam voluntatis quo hoc imperatur <sup>118</sup> est conformis actui rationis <sup>119</sup> hoc iudicantis.

Sed adhuc remanet dubitatio per quod istorum dicitur aliquis actuum praedictorum actus humanus et homini imputabilis ; quia si dicatur quod per hoc dicatur imputabilis, quia in potestate nostra est, quaerendum est per quid est in potestate nostra. Si per voluntatem et ipsa nunquam est principium actus nisi mota a ratione, magis imputabitur rationi. Immo etiam neutri, quia ratio non potest non moveri ab obiecto suo ; et secundum quod movetur, secundum hoc movet voluntatem in actu suo ; ergo utrobique necessitas per quam <sup>120</sup> libertas et imputabilitas videntur excludi. Nec potest <sup>121</sup> proprie <sup>122</sup> dici quod homo libere sistat se <sup>123</sup>.

Ideo circa modum quo homo dicitur se posse sistere et posse non sistere aliqui sic dicunt quod voluntas a nullo molestatur <sup>124</sup> vel cogitur <sup>125</sup>, sed a fine ultimo sive ab eo quod apprehenditur sub omni ratione boni necessitatur et activatur ; ab hiis autem quae sunt ad finem et quae non apprehenduntur sub omni ratione boni potest activari, non autem necessitari neque determinari.

Giles

Nihil enim [Cod. Q, fol. 131 V<sup>a</sup>] activat se ipsum per se, alioquin idem esset actus et potentia secundum idem. Voluntas autem facta in actu aliquo volitionis per bonum apprehensum quod causat ipsam volitionem potest sistere vel non sistere in tali volitione, quia ipsa est domina sui actus et etiam actus aliarum potentiarum. Aliae autem potentiae animae <sup>126</sup> non habent dominium sui actus, sed sistunt in suis operationibus vel desistunt ab eis secundum imperium volitionis. Unde etiam quamvis intellectus quantum <sup>127</sup> ad primum suum actum moveatur quasi naturaliter nec est in potestate nostra quid primo veniat in mentem, tamen sistere in illo vel non sistere est in potestate nostra per voluntatem.

Haec patent sic : quia cum apprehenditur aliquid sub omni ratione boni, voluntas non potest illud non velle ; et quando apprehenditur aliquid sub omni ratione mali, non potest illud velle. Quando autem offertur aliquid sub ratione utriusque, puta : fornicatio sub ratione boni delectabilis et sub ratione mali inhonesti, potest voluntas se determinare ad alterum ut <sup>128</sup> velit considerare de fornicatione solum secundum quod delectabilis vel secundum quod inhonesta. Voluntas ergo mota ab obiecto primo determinat se ipsam et postea determinat intellectum vel aliam quamcumque potentiam.

Sed ista videntur inconvenienter dicta neque per illa satisfit ad inductam difficultatem. Quod enim dicunt quod voluntas activatur ab obiecto sive a bono apprehenso sed <sup>129</sup> ab illo non determinatur, sed determinat se ipsam et sistit se ipsam respectu talis vel talis volitionis, in hoc contradictio implicatur <sup>130</sup>, quia hoc quod est voluntatem determinari ad aliquam volitionem et ipsum sistere in illa cum non dicat ipsam potentiam voluntatis nec habitum vel aliquam dispositionem in illa, non dicit nisi quendam actum volitionis. Sed, ut isti dicunt et bene, omnem actum volitionis causat et efficit obiectum ; ergo similiter causat determinationem sive sistentiam volitionis. Et sicut voluntas non potest se ipsam per se activare, similiter etiam non potest se ipsam <sup>131</sup> per se sistere vel determinare. Sicut ergo dicunt quod illud quod apprehenditur sub ratione finis <sup>132</sup> activat voluntatem et ipsam necessitat <sup>133</sup> necessitate absoluta sive immutabili absque coactione vel molestia <sup>134</sup>, cum sic autem necessitare nihil aliud est quam <sup>135</sup> simpliciter determinare voluntatem ad talem actum, quod scilicet non potest non velle illud ; similiter etiam <sup>136</sup> est dicendum respectu [Cod. V, fol. 178 V<sup>a</sup>] eorum quae sunt ad finem quod, eo modo quo activant voluntatem, eo modo etiam determinant ipsam. [Cod. R, fol. 174 V<sup>a</sup>] sam ; sed quia non activant ipsam secundum se et absolute sed in ordine ad finem et propter finem ipsum <sup>137</sup> et sic etiam non necessitant ipsam simpliciter et absolute, sed ex suppositione, in quantum scilicet apprehenduntur ut inductiva finis ; ideo etiam sic ipsam voluntatem determinant ; quasi enim pro eodem accipi possunt necessitari et determinari.

Et propter hoc convenienter dicitur ab aliis quod voluntas movetur ab intellectu sive a bono secundum quod apprehenditur sub ratione boni ab-

intellectu quantum ad determinationem actus. Unde unum et idem obiectum intellectum <sup>138</sup> et etiam voluntatem movet quantum ad determinationem actus, in quantum illas potentias activat secundum determinatum actum quem causat in illis et cui dat formam et speciem determinatam.

Cum ergo dicitur quod voluntas facta in actu volitionis per bonum apprehensum potest sistere vel non sistere in illa quia est domina sui <sup>139</sup> actus et cetera, si intelligatur quod hoc possit per se ipsam absque alia apprehensione [Cod. Q, fol. 131 V<sup>a</sup>] intellectus et absque alia volitione sive absque alio actu voluntatis, non est verum. Stante enim eadem apprehensione intellectus stat et eadem volitio in voluntate ; aut voluntas vellet sine obiecto cum obiectum voluntatis sit aliquid apprehensum per intellectum.

Praeterea, ut dictum est, voluntas per se nullum habet dominium super quemcumque actum, ipsum scilicet imperando vel prohibendo, nisi coexistat actus intellectus apprehendens talem actum esse imperandum vel prohibendum. Unde cum aliquid venit alicui in mentem absque deliberatione, nunquam per solam voluntatem sistet intellectus in illud vel desistet ab illo nisi etiam intellectus habeat aliam apprehensionem propter quam est sistendum et desistendum.

Cum ergo dicitur quod, quando fornicatio apprehenditur sub ratione boni et mali, voluntas potest se determinare ad alterum ut velit considerare de fornicatione solum sub ratione boni delectabilis, dicendum quod impossibile est quod hoc faciat nisi mota a ratione corrupta per passionem vel habitum vitiosum, quasi tali syllogismo praecedente ei : quod est conveniens et conforme delectationi venereae per considerationem est insistendum ; tale quid est <sup>140</sup> fornicatio secundum quod delectabilis ; ergo considerationi de illa sub hac ratione est insistendum. Et sic voluntas a ratione mota quantum ad determinationem actus, scilicet quod insistendum est considerationi de fornicatione secundum quod est delectabilis, movet intellectum et alias potentias quantum ad exercitium actus, ut scilicet quod tali considerationi insistatur. Et hoc etiam potest aliquo modo dici determinare intellectum et alias potentias ad talem actum exercendum. Male ergo dicitur quod voluntas mota ab obiecto primo determinat se ipsam, si intelligatur quod hoc faciat voluntas <sup>141</sup> sola <sup>142</sup> vel quod hoc faciat voluntas per se ; quia, ut dictum est, in nullo actu potest esse voluntas sive volendi aliquid simpliciter sive volendi determinare aliquam potentiam vel se ipsam nisi secundum quod est mota ab intellectu et determinata ad talem actum sic volendi.

Cum etiam determinare sit quidam actus, et nihil per se facit se <sup>143</sup> de potentia in actum, voluntas per se non potest determinare se sed per accidens, sic scilicet quod facta in actu volendi finem, et hoc per apprehensionem intellectus, postea per aliam apprehensionem intellectus, qua scilicet apprehenditur quod propter finem volitum inquirendum est de hiis per quae potest talis finis haberi, voluntas facta in actu volendi quod inquiretur de hiis quae

cf. Q 8.16  
p. 151  
cf. Q 14.3  
p. 15

praecedens

sunt ad finem ut illis explicatis ea velit determinare, movet intellectum et alias potentias ad investigationem eorum quae sunt ad finem<sup>144</sup>; quibus investigatis, voluntas non determinat se ad volendum illa, sed magis determinatur ab ipsis. Pro quanto tamen dicto modo movit intellectum et alias potentias ad investigationem talium quibus postea determinatur, sic<sup>145</sup> potest dici se ipsam movere et se ipsam determinare.

Et sic quia, ut dictum est, per ista [Cod. V, fol. 178 V<sup>o</sup>] non satisfit dubitationi inductae, ideo aliter est<sup>146</sup> dicendum quod per utrumque istorum, scilicet per intellectum et voluntatem potest homo se sistere et non sistere; et<sup>147</sup> dicitur aliquis actus humanus et in potestate hominis et cetera, quia per intellectum ut per iudicantem libere, ad differentiam iudicii in brutis, et per voluntatem etiam ut eligentem etiam libere; et non potest esse aliquis actus humanus nisi utrumque istorum includat. Et hoc convenit nobis per hoc quod sumus rationales habentes potentiam apprehensivam et appetitivam abstractas<sup>148</sup>, sic quod per apprehensionem talem possimus apprehendere non solum finem sed rationem finis et ordinem et habitudinem eorum quae sunt ad finem [Cod. Q, fol. 132 R<sup>o</sup>] in ipsum finem; et secundum hoc etiam per voluntatem possimus talia appetere tali modo, scilicet non cum impetu sed ex electione. Unde illud per quod est in potestate nostra talia facere vel non facere complectitur intellectum et voluntatem, prout dicit Anselmus (7) libro De Libero Arbitrio, capitulo quarto, dicens: « quid<sup>149</sup> prohibet nos habere potestatem servandi rectitudinem? [Cod. P, fol. 235 V<sup>o</sup>] dinem voluntatis propter ipsam rectitudinem; etiam ipsa absente rectitudine, quamdiu ratio in nobis est qua<sup>150</sup> eam etiam<sup>151</sup> valeamus cognoscere et voluntas qua eam tenere possumus »<sup>152</sup>. Unde semper hoc est in potestate hominis in via existentis virtute principiorum naturaliter inditorum et adiutorio Dei<sup>153</sup> communi, quod nulli denegatur, ut per principia<sup>154</sup> intellectus et voluntatis se dirigat in via virtutum si non negligat illis uti; si autem negligat, ei est merito imputandum.

Unde sancti investigantes quomodo peccat homo et ei peccatum imputatur, non inceserunt illa via qua nunc a multis inceditur, scilicet quod voluntas contra omne iudicium rationis sive rectum sive perversum possit malum eligere et facere. Immo supposuerunt semper esse concordiam<sup>155</sup> inter voluntatem rectam vel perversam et rationem rectam vel erroneam, sicut Philosophus (8) hoc declarat in septimo Ethicorum, et Augustinus (9) tertio De Libero Arbitrio, ubi<sup>156</sup> innuit etiam consimiles distinctiones positas<sup>157</sup> ab Aristotele<sup>158</sup>, ubi disputat quomodo nullus potest velle non esse, capitulo decimo tertio, ut patet intuitu. Unde omne opus humanum meritorium vel<sup>159</sup> demeritorium est tribuendum homini sic<sup>160</sup> secundum actum intellectus et voluntatis.

Verum est tamen quod, licet in omni actu humano laudabili vel<sup>161</sup> vituperabili concurrant simul intellectus et voluntas concordantes, meritum tamen principalius attribuitur voluntati, quia in electione voluntatis terminatur et

quasi<sup>162</sup> consummatur tota operatio hominis intrinseca; et usque ad illam est opus humanum quantum ad ea quae ad mentem interiorum pertinent<sup>163</sup>. Et ideo sancti et philosophi, ut dictum est, circa investigationem<sup>164</sup> imputabilitatis alia via processerunt, scilicet illa quod homo potens uti recta ratione et voluntate hoc negligit non de necessitate, sicut unicuique patet in se ipso, sed voluntarie. [Cod. P, fol. 236 R<sup>o</sup>]

Sed si quaeratur unde contingit huiusmodi negligentia, quia non habet causam determinatam, ideo nec reddi potest nisi in generali. Unde Augustinus (10) de hoc dicit tertio De Libero Arbitrio, capitulo vigesimo octavo: « hoc brevissimum tenendum est. Quaecumque illa causa sit voluntatis (cur ei peccatum imputatur), si non ei potest resisti sine peccato ei ceditur: si autem potest, non ei cedatur, et non peccabitur. Aut forte fallit incautum? »<sup>165</sup> Ergo caveat ne [Cod. R, fol. 175 R<sup>o</sup>] fallatur. An tanta fallacia est, ut omnino caveri non possit? Si ita est, nullo modo peccabitur. Quis enim peccat in eo quod nulla ratione caveri potest? Peccatur autem; ergo caveri potest. Et supplendum est: quod si non cavetur ergo negligitur. Et ita capitulo trigesimo (11): « non tibi imputatur<sup>166</sup> in culpa quod ignoras, sed quod negligis quaerere quod ignoras. Nulli homini ablatum est scire utiliter quod inutiliter ignoratur ». Et infra<sup>167</sup> trigesimo primo (12): « non parum est naturam humanam accipere naturale iudicium quo sapientiam proponat errori. Deus enim omni animae<sup>168</sup> et quaerendum esse concedit quod inutiliter nescitur et perseveranter in officiosis<sup>169</sup> laboribus enitendum<sup>170</sup> ad evincendum<sup>171</sup> recte operandi difficultatem; qui vel exterioris lege vel intimi cordis allocutione conandum esse praecepit et praeeparat civitatis beatis [Cod. V, fol. 179 R<sup>o</sup>] simae gloriam triumphantibus. Quisquis autem hoc istius vitae carnis amore neglexerit iuste condemnabitur ». Hac via etiam videtur incedere Philosophus (13) tertio Ethicorum.

Ex dictis potest responderi ad argumenta.

<sup>1</sup> operationem PR et I<sup>a</sup> m. VQ. — <sup>2</sup> in illa] om. Q. — <sup>3</sup> vel aliquando — permaneat] om. P. — <sup>4</sup> et Q. — <sup>5</sup> om. RQ. — <sup>6</sup> et aliquando — eligendo] om. P. — <sup>7</sup> vel inclinari] om. P. — <sup>8</sup> huius V. — <sup>9</sup> si licet VRQ. — <sup>10</sup> et ex defectu — pedalis] om. P. — <sup>11</sup> ex add. Q; postea del. — <sup>12</sup> vel inclinari] om. P. — <sup>13</sup> voluntatem add. Q; postea del. — <sup>14</sup> om. R. — <sup>15</sup> homo se sistere] sistere homo se P. — <sup>16</sup> vel ut] prout Q. — <sup>17</sup> vel ut — permaneat] om. P. — <sup>18</sup> apprehensio PRQ et I<sup>a</sup> m. V. — <sup>19</sup> sic quod] quia P. — <sup>20</sup> sed permanet — virtuti] om. P. — <sup>21</sup> si add. P. — <sup>22</sup> quos P. — <sup>23</sup> voluntas V. — <sup>24</sup> hoc RQ; huic in marg. scrips. R. — <sup>25</sup> debet P. — <sup>26</sup> ut P. — <sup>27</sup> ipso add. R. — <sup>28</sup> om. Q. — <sup>29</sup> nullo P. — <sup>30</sup> non P. — <sup>31</sup> vero P. — <sup>32</sup> sit P. — <sup>33</sup> sit P. — <sup>34</sup> volenti — et boni] sibi sub convenienti bonitati P. — <sup>35</sup> causa R. — <sup>36</sup> loquendum P. — <sup>37</sup> cum sistere] consistere R. — <sup>38</sup> voluntatis P. — <sup>39</sup> aliquo P. — <sup>40</sup> vel P. — <sup>41</sup> scilicet oppositum] om. PR. — <sup>42</sup> et per intellectum secundum actum voluntatis add. P. — <sup>43</sup> qualibet P. — <sup>44</sup> sicut P. — <sup>45</sup> affirmative P; affirmatio V. — <sup>46</sup> intelligendi P. — <sup>47</sup> om. P. — <sup>48</sup> actui P. — <sup>49</sup> etiam P. — <sup>50</sup> om. P. — <sup>51</sup> quare Q. — <sup>52</sup> obiecto suo] suo obiecto Q. — <sup>53</sup> eam PQ. — <sup>54</sup> quo R. — <sup>55</sup> fit ab utroque] ab utroque

sit P. — <sup>56</sup> elicere est] elicitive et PQ. — <sup>57</sup> per intellectum PR. — <sup>58</sup> om. R. — <sup>59</sup> aliquid P. — <sup>60</sup> aliud aliquid] aliquid aliud P. — <sup>61</sup> in plurima Q. — <sup>62</sup> sic — libertate] om. P. — <sup>63</sup> modum Q. — <sup>64</sup> naturali licet cum apprehensione add. P. — <sup>65</sup> et add. P. — <sup>66</sup> huius P. — <sup>67</sup> alias — ideo] om. VRQ. — <sup>68</sup> cum Q. — <sup>69</sup> om. P. — <sup>70</sup> om. R. — <sup>71</sup> et P. — <sup>72</sup> ideo sic sistere add. R. — <sup>73</sup> sensum P. — <sup>74</sup> facit P. — <sup>75</sup> om. P. — <sup>76</sup> assensum P. — <sup>77</sup> sed — iudicat] om. P. — <sup>78</sup> om. Q. — <sup>79</sup> ablato Q. — <sup>80</sup> sine iudicio sed] om. P. — <sup>81</sup> et add. P. — <sup>82</sup> quia Q. — <sup>83</sup> si P. — <sup>84</sup> secundo R. — <sup>85</sup> est — immo] om. P. — <sup>86</sup> unius Q; unis R. — <sup>87</sup> ibi PRQ. — <sup>88</sup> movetur R. — <sup>89</sup> sistem cum a supra litteram in Q. — <sup>90</sup> sistem cum a supra litteram in Q. — <sup>91</sup> causaretur P. — <sup>92</sup> om. R; quam intra lineas scrips. R. — <sup>93</sup> enim P. — <sup>94</sup> et ex dispositione eius secundum appetitum add. P. — <sup>95</sup> diversa et diversimode] om. RQ; in marg. scrips. RQ. — <sup>96</sup> dispositivus Q. — <sup>97</sup> ut dictum est add. P. — <sup>98</sup> esse P. — <sup>99</sup> huiusmodi sua P. — <sup>100</sup> om. Q. — <sup>101</sup> quoniam P. — <sup>102</sup> excitatus R. — <sup>103</sup> qui R. — <sup>104</sup> quem V. — <sup>105</sup> ratione P; per Q. — <sup>106</sup> quarum P. — <sup>107</sup> et P. — <sup>108</sup> originabiliter V. — <sup>109</sup> huius PR. — <sup>110</sup> importatur P. — <sup>111</sup> aliquid ad] ad aliud P. — <sup>112</sup> ut R. — <sup>113</sup> hoc PRQ. — <sup>114</sup> om. Q. — <sup>115</sup> et convenientium add. P. — <sup>116</sup> vel R. — <sup>117</sup> exsugat V. — <sup>118</sup> importatur PR. — <sup>119</sup> voluntatis P. — <sup>120</sup> quod VR. — <sup>121</sup> om. Q. — <sup>122</sup> poterit R. — <sup>123</sup> et add. R. — <sup>124</sup> molentatur Q. — <sup>125</sup> cogitatur Q. — <sup>126</sup> sunt add. Q; postea del. — <sup>127</sup> quam V; qua P. — <sup>128</sup> nec Q. — <sup>129</sup> si VPR. — <sup>130</sup> volitatur Q. — <sup>131</sup> activare — seipsam] om. R. — <sup>132</sup> sive immutabili add. Q; postea del. — <sup>133</sup> om. VPR. — <sup>134</sup> violencia Q. — <sup>135</sup> om. Q. — <sup>136</sup> in Q. — <sup>137</sup> finem ipsum] ipsum finem RQ. — <sup>138</sup> om. R; intellectui Q. — <sup>139</sup> ipsius add. R. — <sup>140</sup> secundum quod delectabilis ergo add. Q; postea del. — <sup>141</sup> facta add. Q. postea del. — <sup>142</sup> solum R. — <sup>143</sup> om. Q. — <sup>144</sup> ut illis — ad finem] om. R. — <sup>145</sup> determinatur sic] sic determinatur RQ. — <sup>146</sup> nec potest proprie dici quod — ideo aliter est] om. P; sed in fine Quodlibeti XIV scrips. P. — <sup>147</sup> potest homo — non sistere et] om. P. — <sup>148</sup> abstractas] ab abstractis VPR; ab del. V et abstractas corr. V. — <sup>149</sup> quis V. — <sup>150</sup> quia R; qua corr. R. — <sup>151</sup> om. P. — <sup>152</sup> possumus P. — <sup>153</sup> in add. P. — <sup>154</sup> principium PQ. — <sup>155</sup> concordantiam PQ. — <sup>156</sup> om. P. — <sup>157</sup> positus VRQ. — <sup>158</sup> positas — Aristotele] om. P. — <sup>159</sup> est R. — <sup>160</sup> sicut V. — <sup>161</sup> et P. — <sup>162</sup> quod P. — <sup>163</sup> loquendo autem de his quae subsunt facultati nostrae et potestati add. P. — <sup>164</sup> huiusmodi add. P. — <sup>165</sup> incautum] in tantum PRQ. — <sup>166</sup> imputabitur P. — <sup>167</sup> om. PQ. — <sup>168</sup> animo Q. — <sup>169</sup> offensis R. — <sup>170</sup> evitendum VPRQ. — <sup>171</sup> evitandum P; evicendum R; vincendum corr. Q.

- (1) IOHANNES DAMASCENUS, *De Fide Orthodoxa*, l. II, c. 27 (195). (PG., t. 92, col. 962). — (2) SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Veritate*, c. XII [al. XIII]. (PL., t. 158, col. 481). Litteraliter. — (3) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (4) Alludatur ad SANCTUM ANSELMUM CANTUARIENSEM, *De Veritate* (*ibid.*, loc. cit.). — (5) Cfr. SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Praescientia Dei cum Libero Arbitrio*, c. XI [al. XX], 133. (PL., t. 158, col. 557). — (6) ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 7 [alias V] (II, p. 1114). — (7) SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Libero Arbitrio*, c. V (PL., t. 158, col. 495). Litteraliter. — (8) ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 1 (II, pp. 1109-1110). — (9) Respic. SANCTUS AUGUSTINUS, *De Libero Arbitrio*, l. III, c. 8 (PL., t. 32, col. 1281-1282). — (10) Id., *ibid.*, l. III, c. XVIII, 50 (PL., t. 32, col. 1295). — (11) Id., *ibid.*, op. cit., c. XIX, 53 (col. 1297). Fere litteraliter, mutatis tantum vel omissis paucis verbis. — (12) Id., *ibid.*, c. XX, 57 (col. 1299). Fere de verbo ad verbum. — (13) Alludatur ad ARISTOTELEM, *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 1 (II, pp. 1109-1110).

LES

# Philosophes Belges

## Textes et Études

Collection publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain  
sous la direction de M. DE WULF

TOME IV

## LE HUITIÈME QUODLIBET


de GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS,

DOCTEUR EN PHILOSOPHIE  
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE



THE LIBRARY, ST. CHARLES SEMINARY CARTHAGENA, OHIO

LOUVAIN.

INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE DE L'UNIVERSITÉ